





95. *Rident tyrannos inter tormenta.*

S. Laurent. craticula superpositus Iudificat tyrannum: Verfa, manduca. S. Polycarpus rogi minas tam parum meruit, quam alius, qui inter videntes campos deambulabat. S. Vincentius tortorem ad carnicificum provocat. S. Ignatius feras infas se excitulaturum ait, si miscere vellet. Tam magnanimæ etiam fuerunt S. Agnes, Agatha, Margarita, Dorothea, & alie. A. lect. 6. n. 14.

S. Christina avulsas a corpore carnes in faciem parentis projicit, inquit: devora carnes, quas genuisti. Ad S. Concordium ajebat tyrannus, moneo te ut Diis sacrifices, aut non evades crudelissimam mortem: cui Concordius, moneo te vicissim, ut vero Deo sacrifices, aut non evades mortem æternam. Sanch. 6. part. c. 9. f. 826. & seq.

Sed unde Sancti Martyres tam mirabilem hauriunt fortitudinem? Nempse ex vulneribus Christi! S. Bernardus ait: Columba est in foraminibus petrae, in caverna maceræ, id est, anima in vulneribus Christi. Stat Martyr tripudians & triumphans toto licet corpore, & rimante latera ferro sacrum et carne sua circumspicit ebullire cruorem. Ubi ergo tunc anima Martyris? In petra, in visceribus JESU. C. Exod. 17. v. 6.

Tiburtius a S. Sebastiano conversus a Fabiano præfecto iustus, aut diis sacrificare, aut pavimentum candentibus prunis stratum perambulare: Tiburtius signo crucis se muniens ambulat per prunas, inquit: Ope, & potentia veri Numinis prunas sibi flores videri. Brev. II. Aug.

S. Virgo Eulalia se ultro ad mortem offerens, simulacra contemnens, cum a tyranno jubere tur sacrificare, in faciem illi exspuit. *Leucht. 10. Dec.*

97. *Ardenter desiderant mortem Martyrii.*

S. Andreas Apoff. ab iminus cum gaudio salutat crucem: Salve crux pretiosa, suscipe me discipulum ejus, qui pro me Magister pendit in te. Brev. 30. Nov.

S. Ignatius Martyr Romæ ad mortem damnatus, ignes, crucees, & omnia tormenta provocat: quin imo dicit, se vim futurum feris, si forte mansuere, & sibi parcere vellet. *Leucht. 1. Febr.*

Nicomediæ sub Imp. Diocletiano in die Christi natali Christiani in templo con-

veniant: tyrannus per præconem proclamari iussit, ut qui vivere vellet, e templo exiret, & in proxima Jovis ara thus adoleret, alioquin totum templum exutum iri. Tum vero unus Christianorum pro omnibus libere respondit: Omnes Christiani sumus, parati pro Christo mori: vix hæc edixerat, templum succensum est, & ecce! ex omnibus Christianis, qui ibi erant, & quorum numerus ad viginti millia ascendebat, ne unus quidem e templo fugit. C. Lev. r. v. 12.

Illustris Matriona sub Dunaan tyranno his minis terita: Ego te audacissima mulier discerpam, & canibus devorandam tradam! Videbo, an tuus Nazareus possit tibi auxiliari, istit: Filiolentem ejus tu duodenis in faciem minitantis exspuit: tyrannum illam ense confodit, & sanguinem ejus Matri obtulit. Illa gustans Deo libavit, & mortem optavit. C. in Lev. I. c. 12. Vide infra: *Martyrium!*

98. *Operantur miracula in morte.*

Miraculum maximum SS. Martyrum fuit, quod inter persecutiones tyrannorum bona omnia terrena, dignitates, uxores, filios, divitiasque constanter dereliquerunt. Sub Genferico Ariano Rege captus, confessor, contemptis opibus, cum Clericis in exilium perrexit. Murta Diaconus cum quingentis Clericis Carthaginensis Ecclesiæ, ab Hunnerico bonis omnibus spoliati, abierunt inter famem & sitim cantantes: *Nudi exivimus de utero Matris, nudos oportet pergere in exilium.* Alii lætantes cantabant: *Hæc est gloria omnibus Sanctis ejus, sic itur ad æstra.* S. Saturus uxorem cum filijs relinquens: qui non reliquit uxorem, filios, & agros, non potest meus esse discipulus, &c. Erasmus fortitudinis, & constantia prodigia congerunt plurima in Japonia, in Angliæ & alibi, &c. C. in Ep. ad Heb. c. 10. vers. 34.

S. Silvanus abscissum caput de terra tollit, manibus portat, siccæ pedes flumen transire, consensuque clivo in templo Deiparæ caput suum ad pedes S. Frontonis deponit. Rosveid. Vit. PP. Nadasi 3. Jan.

S. Lucianus Martyr præcium caput per tria milliaria suis manibus ad locum sepultura deportat, quo viso quingenti gentes conversi sunt. N. 8. Jan.

Sancti Leonis decussum caput limpificissimum fontem et terra excitavit, quod ille

Ad-

Angelo comitante ad integrum stadium deportavit. N. 3. Martii.

S. Albanus decussum caput de terra tollit, & manibus suis ad locum sepultura desert. N. 21. Jun.

Cum decem millia Martyrum sub Adriano tormentis conficerentur, sol obsecratus est sicut in morte Christi. Vox audita de caelo, qua eos ad gloriam invitavit. Angeli eorum corpora de crucibus deposuerunt. N. 22. Jan.

S. Olybia Regia Virgo ne blanditiis, nec minis a Christi fide avelli poterat. Cum caput illi fuit abscissum, in loco martyrii saluberrimus fons e terra erupit, in moribus curandis prodigiolos. *Leucht. 7. Oct.*

Cum S. Fides Virgo crudelissimis tormentis conficeretur, S. Caprasius Episc. vidit columbam caelitus advenientem, que Sanctæ Martyris capiti coronam pretiosissimam imponebat, eamque confortabat. Hac visione animatus et tribulatio proumpens, Christianum se professus, Martyrio affectus est. *Leucht. 20. Oct.*

99. *Per suam passionem probant Veritatem fidei.*

S. Ambros. ait: Tolle martyrum certamina, tulisti coronas: Tolle cruciatu, tulisti beatitudines. M. conc. 43. ass. 1. n. 4.

In Japonia infantulus sexennis nomine Thomas, ut se parenti probaret fati sortem ad persequendum Martyrium, candens ferrum generose accipit. Alius ardens prunas sine signo doloris manibus tenet.

Quædam Virgo in medio rogo carbonibus tanquam rosis se coronat. Hæc certe fortitudo in infirmis esse non potest ab alto principio, quam ab ipso Deo. R. cent. 2. par. 2. mir. 28.

Quædam mulier nomine Thecla in Japonia ob fidem ad rogam damnatur a cum sex liberis, & in his tormentis gaudio, ac consolatione plena filios confortat ad martyrium, atque miranda edit Christianæ fortitudinis prodigia. R. cent. 3. mir. 14.

S. Epictetus sacerdos, & Alton Monachus a tyranno interrogabantur: Quinam essent? & unde? Respondent: Sumus Christiani! tyrannus minitabatur tormenta, & illi iterum: Sumus Christiani, fiat voluntas Dei! Tunc verberibus crudeliter cadebantur: Et iterum clamabant: Sumus Christiani, fiat voluntas Dei! Hæc verba quidam Vigilantius, unus ex ethnicis iudicibus sibi notabat, & putans esse incantationem, qua dolores mitigari, &

martyr insensibilis reddi possit, domi & foris illa repetebat. Et ecce! Deus calesse lumen cordi ejus infundeat, agnovit veritatem fidei, aggregavit se SS. Martyribus, & dum omnes capite plectebantur, omnes una voce clamabant: Christiani sumus, fiat voluntas Dei! *Leucht. 7. Jul.*

100. *Horrendis tormentis afficiuntur.*

S. Antipa, & iterum S. Eustachius aneo bovi includuntur, ac subiecto igne excruciantur. S. Amphianus ab æfferis equis in quatuor partes discerpitur. S. Hippolytus per sentes, ac carduos ad necem usque rapitur ac dilaceratur. Sancti Chrysanth. & Daria viros sepeliuntur. D. 4. 50.

Exploret quos duodecim persecutiones Ecclesiæ, quas passa est sub Nerone, Domitiano, Traiano, Adriano, Aurelio, Septimio Severo, Maximino, Decio, Valeriano, Aureliano, Diocletiano, Juliano, aliisque, & certe exquisitissima tormenta reperiet. D. 6. 31.

Crudelitas ingens fuit, cum SS. Martyres feris lanianti obediunt, &c. D. 12. 61.

S. Clementis Anticyrani martyrium viginti octo annis durat, quo tempore militis tormentis nunquam potuit interficere, donec ipse petiit dissolvi. Sanch. 6. part. c. 9. f. 826.

Paulus Japonensis Christianus una cum tribus filijs mutilatur, & in bullientibus aquis montis Ungeni crudeliter morte conficitur. R. cent. 3. mir. 48.

Apud Tyrum Phœnicia urbem exquirebantur diversa tormentorum genera, flagris primo cadebantur, post hoc tradebantur ad bellias, adhibebantur leones, ursi, pardi, & omne ferarum genus. Cultores Dei stantebant nudi in medio arena, irritantur bestie, cumque hæc nativæ feritatis oblate Sanctos venerant, tunc homines ferociores brutis gladiis in eos ferunt. E. Martyr n. 14.

In Arabia securibus caesi, in Mesopotamia crucibus fractis mutilati, in Capadocia manibus pedibusque suspensi & amarissimo humo enedi sunt. Alii lento igne, alii craticulis affati, alii manuum pedumque summis artibus amputatis truncati sunt. E. Martyr n. 18.

igne concremati sunt, Machabzi, pueri in fornace Babilonica, S. Eustachius, trecenti Martyres Carthagine, S. Laurentius &c. C. Lev. c. 2. v. 2.

S. Julianus Martyr senio & podagra debilitatus, cum neque stare, nec ambulare possit,

posset, a famulis portari debuit. Hic cum palam Christianus esset, a Decii Imper. satellitibus obrutus fuit. E famulis unus a fide defectit, alter cum Domino ad mortem ivit. Camelis imposti per totam urbem Alexandrinam virgines caesi, a populo delati, & tandem in rogam ardentem coniecti sunt. Baron. 27. Febr.

S. Victor contractis digitorum compagibus triduum in fornace exegit, carnis venenatis citra lationem passus, ferventi oleo perflusus, capite in terram verso suspensus virus exoriatas, tandem decapitatus est. N. 14. Maji.

S. Venantius lampadibus aduritur, inverso ore, fumo supposito suspenditur. Contusus dentibus, maxillisque contractis, per loca vepribus conlita rapatur, e rupe precipitatur, & demum capite plectitur. Brev. 18. Maii.

S. Trophimus crudelissimo martyrio affectus est. Uncis ferreis, aculeatis calcetis, vulneribus sale & aceto perficitis generose superatis, oculi illo stylo ferreo & candenti erant, & denique caput decussum. N. 19. Sept.

Ludovicus & Lucia Japonenses, quia Patres Missionarios hospicio recipiunt, manibus & pedibus perforantur, per vulnera hirsuti funes identidem trahi & retrahi sunt. Humeris pecterebrati, & vulnera liquato plumbo infusa sunt. Occisus ante oculos proliis, tandem lento igne assati sunt. Quanta crudelitas! Ephem. Dom. 3. Oct.

101. Sunt invicili & importabiles.

Martyres merito comparantur leoni. 1. Quia leo est fortissimum animal, & ad nullum expavescit occursum: Non fugit, sed lento gradu retrocedit. 2. Superbus se cum aliis feris non commiscet: ita Sanctus deditur vitam saecularium uti pompas, nec minas curae Principum. 3. Securus praedam suam devorat, & residuum aliis animalibus relinquit: ita iustus unice intendit Deo & iustitia. 4. Leo contemnit omnes hostes, & terrores, canes venaticos sicut stipulam dilatat: sic etiam Martyri in tormentis & persecutionibus crescit virtus, &c. C. Prov. 28. v. 1.

Audiamus S. Chrysostrum, qui dum in exilium ab Eudoxia mitteretur, de sua persecutione ita scribit ad Cyriacum: Etenim ego, cum a civitate fugaveri, nihil horum curabam: sed dicebam intra me mentis: Siquidem vult Regina me cau-

lem agat in exilium, Domini est terra, & plenitudo eius! Et si vult secare, secet, idem passus est & Isaac! Si vult in pelagum me mittere, Jona recordabor! si vult in caminum injicere, idem passus fuit tres pueri! Si me feris vult obiectis, obiectat, Daniels in lacum leonibus injectis recordabor! si me lapidare vult, lapidat, Stephanum primum Martyrem socium habeo! si caput vult tollere, tollat, habeo socium Joannem Baptistam! si & substantiam auferre, auferat, nudus exivi de utero Matris mea, nudusetiam abibo! Me admonet Apostolus, Hominis personam Deus non accipit! Armat me & David, dicens: Loquebar coram Regibus & non confundabar! C. Prov. 28. v. 1.

Generosae Matres offerunt filios suos ad martyria, eosque in tormentis confortant. C. Gen. 22. v. 2.

Hinc olim in iudicio & in calis palmas in manibus habebunt; palmae enim sunt signum fortitudinis, & victoriae. C. Apoc. 7. v. 9.

Martyrium.

102. A Sanctis vehementer desideratur.

Sanctus Philippus Nerius, & S. Felix, cum sibi invicem in plateis obviabant, unus saluabat alterum: ut patibulo suspendaris, & alter: ut rogo concremeris: qua salutatione unus alteri martyrium precabatur. Ribaden. Tom. 3. 18. Maji.

Cum Arius Antonius, qui postea sub nomine Antonii III Imperator factus est, in Asia Christianos persequeretur, ait Tertullianus apud Baroniam, Omnes illius civitates Christiani ante tribunal eius, de manu facta obulerunt; cum ille daretur ei fuisse reliquis ait: O miseri, si capitis perire, habetis pro capite & reser.

Virgo Antiochena, ut Virginitatem tueretur, cum Christiano milite vestes mutaret: sed quoniam audit militem ad necem 1274, ultro se iudici sistit, & mori pro illo postulat. D. 2. 59.

Thomas Morus Angliae Cancellarius, cum audiret Fischerum Episcopum Rossensem ad capitale supplicium duci, ex sancta invidia flevit, Deumque rogavit, ut eandem passionis gloriam & sibi tribuere dignaretur. D. 6. 5.

Cum Valens Imperat. Christianos in campo orantes immisit militibus interficere, visa est Mater cum filio accurrete. Quis ita quid ita currete, respondit:

Tiron. an. 123. n. 4.

suit: ut me & filium martyrii participem efficiam. S. Natalia Conjugem Adrianum ad Martyrium exhortatur, etque manus & pedes amputandos tenet. D. 11. 92.

S. Sanctus Longinus, qui Christi latus aperuit, de instante Martyrio monitus, cum milites appropinquare cerneret, cantans ac jubilis eis obviam procedit. Sanchez 4. part. c. 4. f. 281.

Sancti Iustus & Pastor Pueri e scholis aufugium, & tyranno se silentes pro Christo mori petunt. Sanch. 6. par. c. 9. f. 827.

Theodora in lupanar erat detrusa, Didimus primus erat qui ad eam ingrediebatur, vestes cum illa mutavit, & in libertatem secure eam dimisit: Index re comperta Didimum ad mortem condemnat: dum ad capitale supplicium ducitur, occurrit Theodora inquit: ego quidem vestes tecum, non autem martyrii coronam mutavi: contra Didimum respondebat: in me sententia mortis, non in te lata est. Ita concertantes ambo in necem dati sunt. Sanch. 6. par. c. 11. f. 870.

Sandomiria in Polonia quadraginta Religiosi mire de martyrio praemonentur, & magno cum ardore se preparantes a barbaris in templum irruentibus sub Hymno Salve Regina interficiuntur. R. cent. 2. part. mir. 42.

Duo Christiani Japonenses, qui contra edictum Principis Sacerdotem Christianum in sua domo hospitem habere, contentiose decertant pro morte subeunda. R. cent. 3. mir. 47.

S. Joannes a Cruce martyrii erat avidissimus: saepe exercitii causa Martyris personam egit, fratres tyrannum & carnificem agere iussit. T. n. 112.

Martyrii ingens est excellentia, summus honor, & amor Christi: hinc Sancti ardentissime desiderabant martyrium, uti S. Ignatius Martyr, S. Sophia, S. Antonius, S. Dionys. Areop. S. Hubertus, S. Dominicus, S. Francisc. & alii. Martyrii inestimabilis est gloria, immaculata victoria, immensus triumphus! Quare? quia, ut paulo post subdit: Martyr efficitur collega Passionis Christi! &c. C. Matth. 10. v. 32.

103. Exigit praeviam preparationem.

Martyrium specialis Dei gratia, gratis data est, quod viribus propriis superari non potest: hinc S. Paulus ad Martyres: Vobis datum est pro Christo, ut non solum credatis in eum, sed etiam, ut patienter pro eo. Nota! A Deo igitur dari debet

gr. 123.

Philip. 1.

haec gratia superata fortitudinis. O quot sunt, qui sibi falso blandiuntur, se pro Christo morituros! si enim unam verbum aculeatum, aut unum colaphum fuisse non possunt, quomodo lanceam aut crucem sustinent? Putafine, ait S. Chrysostrum, putafine, potest ille vulneribus invenire victoriam, qui nec ictu palmarum, acquirere vult coronam? S. pndt. 13. f. 587.

S. Felicitas pro fide captiva uteretur: priusquam ergo martyrio afficeretur, expectandum erat tempus patris: perierit in carcere octavo mense; nam maturationem partus socii Martyris a Deo, ob desiderium martyrii impetratur. Cumque, ut ait Baronius, parturienti, dolens, ac vociferans foris exaudiretur, querebantur lictores: Quomodo cras libens mortem suscipies; qui hodie pariens adeo perturbaris? Quibus illa: Naturae debitas penas naturali tantum virtute perfolvo, supplicia autem, quae subministrat impietas, Divina gratia superabo! &c. Vide Marchant. Tr. de Baptist. Lect. 4. Ubi probat, quod Martyrium supplet defectum Baptismi Sacramentalis, & ideo Veritatem sanguinis vocetur. Ubi haec veritatem exemplificat in S. Emericano, item in quinquaginta Philosophis, quos S. Catharina ad fidem disputando convertit, Maxentius autem Imp. dein igne exiit, &c.

Bar. an. 123. n. 55.

SANCTI CAELITES.

104. Multum valent apud Deum sua intercessione.

AD Moysem dixit Dominus: Dimitte me, ubi S. Hieronymus: quasi ab eo teneretur Dominus. Sanctum enim in tercessionem quasi tenent Deum. B. Ser. 19. n. 29. B. Ser. 73. s. 1. 2. 3. & Ser. 74. s. 1. Deus solus dicem esse voluit: Quare? S. Chmcaus ait: Quicumque ex Aegypto egredi capimus, mediator nobis opus est. M. conc. 9. art. 3. n. 6.

Plur super iustos Esquijstos, bene iustos anteposit, quia Deus propter Sanctos dat gratiam, & beneficia. N. 16. n. 8.

Nobilis Gallus nomine Bachevill in bello contra Turcas captus, integro septennio in captivitate detinetur, dein patrocinio S. Juliani, quem invocarat, in somno e Turcia in Galliam deportatur. D. 6. 10. R. 1. p. mir. 30.

Quidam Gothus Filiae Christianae nuptis, etque apud sepulcrum SS. Martyrum

S. Hier. 1. 4. n. 14.

Gallus.